



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10 Vtrum aliqua circumstantia co[n]stituat actum moralem in specie boni,
vel mali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

secundum simpliciter quia si quis det elemosinam pauperi, & non propter malum finem, & nihil cogitet de fine actuali, non propter hoc agit non propter finem, quia aut agit propter finem utraliter, aut agit propter finem, quod est obiectum ipsum. Iam n. dictum est, quod obiectum voluntatis est finis: dat. n. elemosinam pauperi, ut det elemosinam pauperi.

hoc autem colligit esse bonum. Implet ergo, dicere actum humanum absq; fine. Quod si alia circumstantia ad actum bonum necessaria omnimodum, constat actum esse malum, & non indifferentem. Si. malum consistit in ipso, quod est oppositum circumstantiis malis, adde esset, sicut cetera posita, sed de his habentur.

In responsione ad primum octavi articuli, subijctum duplex occurrit. Primum est, quia acquiescere videtur de medio. Na ratio litera loquitur de medio per participationem: actus autem indifferens est medium per abnegationem tantum. Secundum est, quia falsum est, quod malum morale non tollat totum bonum morale sibi oppositum. Actus namque intemperantiae utriusque malus, tollit totum bonum temperantiae ab illo actu, quamvis non tollat bonum actionis humanae, utpote subiecti, sicut nec ulla privatio tollit subiectum.

Ad primum horum dicitur, quod quia ratio litera inducitur ad satisfaciendum motui argumetum, privatio, & habitus sunt opposita immediata, non est descendendum ad tale, uel tale medium, sed standum est in formalibus, habere, uel non habere medium, & hoc solum intendit litera s. quod quaedam privatioe opposita habent medium: quia privatio consistit in privari, ac per hoc non tollit totum oppositum.

Ad secundum dicitur, quod malum morale dupliciter intelligi potest non tollere totum oppositum, primo permissiue, id est, non est necesse quod tollat totum bonum oppositum, & hoc est manifeste verum. Dare namque elemosinam indigenti propter inane gloriam, est malum morale: non tamen tollit totam bonitatem moralem ab actu illo: quia actus est bonus moraliter secundum substantiam, malus autem secundum circumstantiam finis. Et hunc sensum non esse alienum ab auctore, illa uerba litera innunt, scilicet talis privatio non semper est immediata cum opposito habitu: quasi insinuetur, quod sicut in comuni sufficit privatio in privari, quod non oportet esse immediatam opposito habitui: ita in speciali sufficit malo, quod non oportet ipsum privare toto bono opposito. Secundum potest intelligi positue, seu per se. Et sic verificatur, pro quanto omnis actus quantumcumq; malus, oportet quod habeat hanc bonitatem moralem, quod d. i. ordinatur ad beatitudinem: & sit bonus bonitate finis communissimi formaliter, ut patet ex supradictis. Et sic malum morale non potest tollere totam bonitatem moralem: sicut nec egritudo totam sanitatem in corpore perseverante in vita. Et haec intelligitur de malo, & bono morali non secundum hanc, uel illam rationem, puta, secundum speciem, uel obiectum (sic namque aliquis actus nullam habet bonitatem, ut in litera dicitur) sed simpliciter, secundum quod inveniuntur in rerum natura in actu exercito, sic enim oportet beatitudinem actum omnem respicere.

Circa caesem 9. ar. est dubium motum a Durando in 2. sent. dist. 40. quia non uidetur uerum, quod actus ex imaginatione procedentes, ut fricatio barbae, motio baculi &c. sint extra genus moris: quia actus hominis, qui subest libero arb. quo ad hoc, quod est impediri, uel non impediri, non est extra genus, moris: sed actus

illi sunt huiusmodi, ut patet ergo. Maior patet ex eo, quod aliter in sensualitate non esset malum moraliter, propterea quia libero arb. potuit impedire, & non impedire.

Ad hoc dicitur quod S. Tho. intendit de actibus illis, qui non possunt a libero arb. impediri, utpote provenientes ex qualitatibus naturalibus: uel ex apprehensione alicuius occurrentis terribilis, uel delectabilis. Sed hoc uerbis litera contradicit, expressè specificatis tales actus, qui uere sunt ex imaginatione causaliter: & sunt morus locales: exteriores membrorum nostrorum subiectorum totaliter imperio rationis, ut motus manus ad barbam, & motus baculi a manu &c. quos constat potuisse impediri a libero arb. Aliter ergo dicendum est, quod quia unumquodque est tale non secundum quod est in potentia, sed secundum quod est actu: nec aliquid reponitur in genere per id quod potest esse, sed per id quod est (non enim superficies spectat ad genus coloris, quia potest esse alba, aut nigra) ideo actus omnis, qui actualiter a sola est imaginatione, quauis possit subesse imperio rationis, non est in genere moris. Et si contra hoc obijciatur: quia actus sensualitatis sunt in genere moris, ex hoc solo quod potuerunt impediri, negatur hoc: quoniam actus sensuales, qui dicuntur uoluntarij, quia non impediti a uoluntate potente praenire singulos, non solum potentia, sed actu, subest uoluntati non positue, sed per se, scilicet non per actum elicitum, aut imperatum a uoluntate, sed per strictam priuationem actus elicitum & imperatum: sunt enim absque praeteruoluntatis potentis, & debentis praenire. Notanter autem dixi, priuationem strictam, & non negatiue: quia ut ex q. 6. art. 3. superius patet, ad rationem uoluntarij indirecte non subijciuntur potestas, & negatio: sed adesse oportet obligationem, seu debitum, unde non reducuntur in uoluntatem, ut causam priuatione, actus quicumque ab imaginatione, & quibuscumque alijs inferioribus uiribus ex hoc, quod uoluntas potest eos impedire, & non impedit. Et consequenter non sunt ex hoc in genere uoluntarij, & consequenter nec moris: sed ex hoc, quod uoluntas potest, & debet impedire, & non impedit. Tunc enim est uera priuatio in subiecto apto nato sub ratione debiti, & non solum possibilis. unde tunc, & intantum actus sensuales sunt uoluntarij, quando, & inquantum potuit, & debuit uoluntas impedire. Constat autem ex hoc, quod impedire, est posituum quoddam, quod non obligatur semper, & ad semper uoluntas ad impediendum: ac per hoc quando imaginatio actus causat illo tempore, quo uoluntas non debet, quamuis possit, tunc actus illi sunt extra genus uoluntarij, & moris. Actus autem hi praecipue esse possunt, qui indifferentes sunt secundum suam speciem, ut mouere baculum &c.

Ad tertium dicendum, quod omnis finis a ratione deliberatiua intetus, pertinet ad bonum alicuius uirtutis, uel ad malum alicuius uitij. Na hoc ipsum, quod aliquis agit ordinare ad sustentationem, uel quietem sui corporis, ad bonum uirtutis ordinatur in eo, quod corpus suum ordinat ad bonum uirtutis: & idem patet in alijs.

ARTICVLVS X. Vtrum aliqua circumstantia constituat actum moralem in specie boni, uel mali.

AD DECIMUM sic proceditur. Videtur quod circumstantia non possit constituere aliquam speciem boni, uel mali actus. Species enim actus, est ex obiecto: sed circumstantiae differunt ab obiecto: ergo circumstantiae non dant speciem actus.

¶ 2. Præter. Circumstantiae comparatur ad actum moralem, sicut acci-

hoc solo quod potuerunt impediri, negatur hoc: quoniam actus sensuales, qui dicuntur uoluntarij, quia non impediti a uoluntate potente praenire singulos, non solum potentia, sed actu, subest uoluntati non positue, sed per se, scilicet non per actum elicitum, aut imperatum a uoluntate, sed per strictam priuationem actus elicitum & imperatum: sunt enim absque praeteruoluntatis potentis, & debentis praenire. Notanter autem dixi, priuationem strictam, & non negatiue: quia ut ex q. 6. art. 3. superius patet, ad rationem uoluntarij indirecte non subijciuntur potestas, & negatio: sed adesse oportet obligationem, seu debitum, unde non reducuntur in uoluntatem, ut causam priuatione, actus quicumque ab imaginatione, & quibuscumque alijs inferioribus uiribus ex hoc, quod uoluntas potest eos impedire, & non impedit. Et consequenter non sunt ex hoc in genere uoluntarij, & consequenter nec moris: sed ex hoc, quod uoluntas potest, & debet impedire, & non impedit. Tunc enim est uera priuatio in subiecto apto nato sub ratione debiti, & non solum possibilis. unde tunc, & intantum actus sensuales sunt uoluntarij, quando, & inquantum potuit, & debuit uoluntas impedire. Constat autem ex hoc, quod impedire, est posituum quoddam, quod non obligatur semper, & ad semper uoluntas ad impediendum: ac per hoc quando imaginatio actus causat illo tempore, quo uoluntas non debet, quamuis possit, tunc actus illi sunt extra genus uoluntarij, & moris. Actus autem hi praecipue esse possunt, qui indifferentes sunt secundum suam speciem, ut mouere baculum &c.

Super Quaestione decima octaua Articulum decimum & undecimum.

Circa decimum, & undecimum articulos, una cum responsione ad quartum, in quinto articulo huius quaestione decima octaua, aduerte, & diligenter considera, quod sicut in naturalibus quaedam accidentia sunt secundum se formae, ut albedo, & dulcedo: quaedam autem sunt solummodo conditiones praesuppositarum formarum, ut magis, minus, maius, fortiter uelociter, & alia huiusmodi: ita in moralibus circumstantiae duplices, quaedam secundum se bonitatis:

bonitatis: Prima Secunda S. Thomae. F 4

In corp. ar.

Sup. ar. 5. ad 4. & int. arti. 11. co. & q. 73 arti. 7. cor. & ad 1. & 2. d. 36. ar. 5. cor. & 4. d. 16. q. 3. arti. 2. q. 3. co. & di. 42. ar. 4. q. 1. cor. Et mal. q. 2. ar. 6. per to. & ar. 7. co. & q. 7. ar. 4. co.

q. 7. art. 5.

bonitatis: vel malitiae: ut sunt oēs actus virtutum & viciōrū: quaedam cōditiones tantum suppositarū virtutū, vel malitiarum, ut maius & minus, magis & minus & his similia. Differentia inter istas cōditiones manifesta est: quia istae dūc nūquā faciūt actū bonum, vel malum, quamvis augēt, vel minuat bonitātē, vel malitiā. Primae autem faciunt actū bonum, vel malum, & ratio est in prōptu: quia primae apponūt ex se bonitatem, vel malitiā, secūde nō. Differentia rursus inter eas est, quod primae secūdum se sunt species quaedā moralium habentes propria obiecta cōuenientia, uel disconuenientia rationi ut patet de furto factō in loco sacro. Actui nāque furti adiūgitur iniuria loci sacri, q̄ habet propriā speciem ex loco sacro, obiecto rōni, ut iniuriā patiente: est namque obiectū hoc secūdū se rōni dissonans. Secūde aut non sunt secundum se species moralium, nec hnt, propria obiecta: & ex hoc sequit, q̄ primae dant speciem actui, quem circumstāt, q̄ actus est circa illud circumstātiae obiectū: ita q̄ sunt quasi duo actus, vnus circa obiectum actus, & alter circa obiectū circumstātiae: ut in furto ex loco sacro apparet. Sceptio alieni, & iniuria loco sacro irrogata. Et propterea in litera dī, q̄ circumstātiae mutātes, seu dātes spēm, transeunt in cōditiones principales, seu differentias obiecti. Iam n. stabilitū est, ex obiecto hri spēm bonitatis & malitiae moralis actus. Et ex eadem radice dictū fuit in litera quinti articuli, in rōsione ad quartum, q̄ quādocunq̄ circumstātia trāsmutat actū de bonitate in malitiā, dat actui speciem: q̄a repugnat rationi. Ex hoc nāque q̄ secūdū se rationi repugnat, habet utrunque. i. & q̄ malitiā secūdū se importet, & q̄ sit, vel habeat propriū

art. 5.

dentia eius, ut dictum est: * sed accidens nō constituit speciem: ergo circumstātia nō cōstituit aliquam speciem boni, uel mali.

¶ 3 Præterea. Vnius rei nō sunt plures species: vnus autem actus sunt plures circumstātiae: ergo circumstātia nō constituit actum morale in aliqua specie boni, uel mali.

SED CONTRA. Locus est circumstātia quaedam: sed locus cōstituit actum morale in quādā specie mali: furari. n. aliquid de loco sacro, est sacrilegitum. ergo circumstātia cōstituit actum morale in aliqua specie boni, uel mali.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut species rerum naturalium cōstituitur ex naturalibus formis: ita species moralium actuum cōstituitur ex formis, prout sunt a ratione concepte, sicut ex supra dictis * patet. Quia uerō natura determinata est ad unum, nec potest esse processus naturae in infinitū, necesse est peruenire ad aliquam ultimam formam, ex qua sumatur differentia specifica, postquam alia differentia specifica esse non possit. Et inde est quod in rebus naturalibus, quod est accidens alicui rei, non potest accipi ut differentia constituens spēm: sed processus rōnis non est determinatus ad aliquid unū. Sed quōlibet dato, pōt ulterius procedere. & ideo, quod in actu uno accipitur ut circumstātia superaddita obiecto, quod determinat speciem actus, potest iterum accipi a rōne ordināte, ut principalis cōditio obiecti determinātis speciē actus. Sicut tollere alienū, habet speciem ex rōne alieni: ex hoc n. constituitur in specie furti. Et si consideretur super hoc rō loci, uel temporis, se habebit in rōne circumstātiae: sed quia rō est de loco, uel de tempore, & aliis hmoi ordinare pōt, contingit cōditionem loci circa obiectum, accipi ut cōtrariam ordini rōnis: puta, q̄ rō ordinat iniuriā nō esse faciendam loco sacro. unde tollere aliquid alienum de loco sacro, addit specialem repugnantiam ad ordinem rōnis. Et ideo locus, q̄ prius considerabatur ut circumstātia, nunc cōsideratur ut principalis cōditio obiecti rationi repugnans. Et per hunc modum, quādocunq̄ aliqua circumstātia respicit specialem ordinē rationis, uel pro, uel contra, oportet quod circumstātia det speciem actui morali uel bono, uel malo.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄

circumstātia, secūdū quod dat speciem actui, consideratur ut quādam cōditio obiecti, sicut dictum est, * & quasi quaedam specificā differentia eius.

AD SECVDVM dicendum, quod circumstātia manens in ratione circumstātiae, cum habeat rationem accidentis, non dat speciem: sed in quantum mutatur in principalem cōditionem obiecti, secūdum hoc dat speciem.

AD TERTIVM dicendum, quod non oīs circumstātia constituit actum morale in aliqua specie boni, uel mali, cum non quolibet circumstātia importet aliquam consonantiam, uel dissonantiam ad rationem. Vnde non oportet, licet sint multae circumstātiae vnus actus, quod vnus actus sit in pluribus speciebus: licet etiam nō sit inconueniens, q̄ vnus actus moralis sit in pluribus speciebus moris et disparatis, ut dictum est. *

ARTICVLVS XI.
Vnde omnis circumstātia agens bonitatem, uel malitiā, constituit actum morale in specie boni, uel mali.

AD VNDECIMVM sic procedit. Vt, quod omnis circumstātia pertinens ad bonitatem, uel malitiā, det speciem actui. Bonum enim & malū, sunt differentiae specificae moralium actuum. Quod ergo facit differentiam in bonitate uel malitia moralis actus, facit differre secūdum differentiam specificam, quod est differre secūdum speciem: sed id quod addit in bonitate uel malitia actus, facit differre secūdum bonitatem, & malitiā: ergo facit differre secūdum speciem. ergo omnis circumstātia addens in bonitate, uel malitia actus, constituit speciem.

¶ 2 Præterea. Aut circumstātia adueniens habet in se aliquam rationem bonitatis, uel malitiae, aut non. Si non, non potest addere in bonitate, uel malitia actus: quia quod non est bonum, non pōt facere maius bonū: & quod nō est malum, non pōt facere maius malum. Si autem habet in se rationē bonitatis, uel malitiae, ex hoc ipso habet quādam speciem boni, uel mali. ergo omnis circumstātia augens bonitatem, uel malitiā, constituit nouā speciem boni, uel mali.

¶ 3 Præterea. Secūdum Dio. 4. cap. de di. no. * Malum causatur ex singularibus defectibus: quolibet autem circumstātia aggravans malitiā, habet specialem defectum. ergo quolibet circumstātia habet nouam speciem peccati. Et eadem ratione quolibet augens bonitatem, uidetur addere nouam speciem boni: sicut quolibet unitas addita numero, facit nouam speciem numeri. Bonum enim consistit in numero, pondere, & mensura.

SED CONTRA. Magis, & minus non diuersificant speciem: sed magis, & minus est circumstātia addens in bonitate, & malitia. ergo non omnis circumstātia addens in bonitate, uel malitia constituit actum morale in specie boni, uel mali.

RESP. Dicendum, quod sicut dictū est, * circumstātia dat speciem boni, uel mali actui morali, inquantum

obiectum rōni repugnans: ac per hoc in propria specie reponat actum, quem cōstituit malum. Cōstituitio. n. actus in esse mali ex obiecto est. Constat autē trāsmutatione actus de bonitate in malitiā, cōstituitio esse in esse mali. Aduerte secūdo, q̄ in litera ex his locis habes duas regulas gnales de circumstātis dantibus species moralibus. Prima est nunc dicta, q̄ quādocunq̄ circumstātia facit actum de bono, aut non-bono malū, dat speciem. Secūda est hic in articulo. q̄ quādocunq̄ circumstātia respicit specialem ordinē se, propriū ordinem rationis, dat speciem. Vtraque est exposita, & utraque oportet notare & recollere in q. 7. ubi de specificatione peccatorum agitur.

In corp.

art. 11. q. 1. art. 1. ad 3.

Inf. q. 7. ad 7. cor. 8. d. 16. q. 1. cor. & ma. q. 2. ar. 7.

In co.

In par. 4. medio 111.

art. pra.